

**Nachrichten von der Güstrowschen Domschule : womit zu der ... anzustellenden Prüfung der Jugend  
alle Gönner und Freunde dieser Schule mit gebührender Achtung einladet**


**8.1820**

1820

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1042509956>

Band (Zeitschrift) Freier  Zugang 







D33






R 43

*Handwritten signature*









19

# Nachrichten

von der

## Güstrowschen Domschule.

Achtes Stück

womit

zu der am 25. und 26sten September

anzustellenden

### Prüfung der Jugend



alle

Gönner und Freunde dieser Schule

mit gebührender Achtung einladet

Johann Friedrich Besser

Prof. und Rector der Domschule.



Güstrow, 1820.

gedruckt bei H. H. L. Ebert.

*H. H. L. Ebert*



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten signature or name at the bottom of the page.



M. Georg. Schedii Gustroviium.

Continuatio.

Domus in confinio arcis positae et exstructae immediatae jurisdictionis sunt principis et ejus privilegio gaudent; hisce jus dicendi est penes capitaneum. Reliquae templo cathedrali propinquae gaudent immunitate antiquitus permiffa; hisce praesunt jurati et praefecti ecclesiae. Praetor urbanus, quem jam agit Dn. Arnold. Meinardus, eique in sententiis dicendis addicti vices Scabinorum sustinentes ex ordine senatorum electi potestatem habent jus dicendi civibus; et inferiori huic, ut vocant, judicio a parte laesa accusati se sistere tenentur in prima, quae dicitur, instantia. Excepti tamen hoc loco sunt quorundam locorum incolae, quibus jus dicendi penes solum senatum est. Siquae forte contingat, ut utraque pars sententiae a praetore et assessoribus ejus latae non acquiescat, tunc causae per appellationem cognitio ad senatum ut superiorem judicem et ulterius interposita nova appellatione ad dicasterium provinciale Mechalburgicum devolvitur.



Jam ut ad alia nos conferamus ordo requirit. Quo tempore regum et principum liberalitas profusior redundabat in monachos, ut unctiores regionum partes iis cederent; etiam Gustrovii a DD. Herulorum monasterium exstructum fuit, pro monachis, quibus nullus alius sermo est, quam de eleemofynis. His, uti hodieque in papatu, moris erat, divorum pro concione, Christo et evangelio ejus posthabito, mentiri historias, pie multa admentientibus; supponere reliquias, fabricari miracula, confingere vel plausibiles vel terribiles fabulas, quae ipsis exempla sunt; numerare preces, ponderare merita, mentiri ceremonias, nundinari indulgentias, distribuere venias, vendere benefacta et mendicando devorare populi peccata. Quia vero redivitibus, unde monasterium semel exstructum, sartum, tectum, servaretur, donatum non erat et monachi emendicato cibo pascebantur, ab illo tempore quod reformatae a B. Luthero religioni debet initium, hujus ordines homines illud desertum ibant et ita „ad terram sensim devexo pondere fluxit.“ Postea a. 1599 turris et huic pyramis alta immissa cupro tecta, perinde et templum cum Xylis usque ad habitaculum praepositi monachis, alias Guardiani, fuere diruta. In hujus monasterii diruti area quondam principibus Joanni Alberto et Joanni juniore homagium fuit praestitum. Subsequentibus annis cum inter principes Adolphum Fridericum et Joannem Albertum post fata patris divisione facta, per sortem eadem civitas et ita monasterium soli Joanni Alberto forte cessisset, ignis non ita multo post prope praeposituram forte ex-



ortus eandem usque ad muros, qui reliqui manserant, exussit. Hinc Jo. Albertus motus xystris et muris dirutis, lapides ad fundamentum nove in area extra arcem, ubi nunc temporis sphaeristerium est, erecti templi pro Calviniana religione exercenda locandum exhibuit; sed et hoc sanum, antequam coronide donabatur una cum Cancellaria arci contigua nec non hippostatmo a. 1628 jussu ducis Fridlandiae funditus extirpabatur. Quae vero in monasterii peripheria residua manserant aedificia, conversa sunt in granarium satis amplam, quippe in quo tantum reponi potest frumentum, quantum aulae principis judicatur esse necessarium et in aliam quandam domum cerevisiae coquendae destinata. Hinc nomen loco huic inditum, ut vocetur officialium principis sedes (das Fürstliche Amtshaus,) ex quo monasterio adjectis aediculis capitaneus, qui ab tempore restitutorum per regem Gustavum Adolphum, principum fuit et etiamnum est, vir nobilis Joach. Krugerus et Senator urbicus, jus dicit.

Pharmacopolia et oenopolia a vetustis inde temporibus civitati fuere duo optime constituta, quorum unum pharmacopolium et oenopolium concernit principem, reliqua senatum. Unum tamen pharmacopolium ab obitu C. Mothii in usu esse desit, filiis residuis aliud agentibus. Huic tamen defectui medetur Jo. Heraeus Med. Dr. qui privilegiis adjutus ill. Princ. novum optimis simplicibus et compositis refertum ante aliquot jam annos substituit.

Senatus etiam impenis exstructa duo hydro-



mylia seu molendina aquaria, illud quidem extra portam Glevinensem duabus, hoc vero intra moenia ad portam a molendinis vocatam, tribus rotis agitatur. Cumque haec molendo non saltim civitati sed et vicinis pagis sufficiant, tertium novum nuncupatum ante aliquot annos abrogatum, ligna vero in fullonicae, sitae in loco, cui amoenitas paradisi nomen dedit, usum couersa sunt.

Antidhac magnus ob officinas papyraceas exustas et destructas fuit in hac civitate chartae defectus, quem videns Senatus etiam huic defectui inter haec onera bellica voluit mederi, extruique fecit publicis sumptibus hujusmodi officinam, nobile sane urbis cimelion non minus typographia, quae a multis inde annis hic in flore fuit elegantissimis Jägerorum typis ornata et ante ferme sexennium Lubecam translata. Typographia erat in posteriori monasterii parte.

Duplici haec urbs cerevisiae hordeaceae gaudet specie, Knisenaco et Bernaviensi. Knisenacus, cui nomen acceptum referat, certi quod dicam, nihil habeo. — Cerevisiam ipsam quod attinet, est haec fortior altera, quod plus polentae requirat quam aquae et pauxillum lupuli. Bibituri potius sorbillant et lambunt quam hauriunt. Hoc qui non observant opinione citius ita inebriantur ut neque pes neque caput suum officium faciant. Modice sumta calefacit, concoctionem ciborum promovet, alvum educit, proliferationi inservit excitando venerem, insomnibus soporem conciliat. Qui vero magnis culullis largissime in coena sese invitat, vix ante meridiem ad opera officii utiliter



efficienda redditur utilis et vegetus. Manu autem victum quaerentibus, si adfit ad manus frustum panis, est loco coenae et prandii. — Bernaviensis haud dubie nomen sortita a civitate Bernavia non procul a Berolino qua itur Stettinum, minus polentae plus lupuli requirens, admodum grata est palato et virtute inebriandi praedita. Utraque pari venditur pretio. Officinae certae ut alibi locorum moris est, certis de causis hic non sunt constitutae, sed cuique civi et inquilino, modo locus sufficiat, integrum est, cerevisiam coquere et illam pro ratione emti hordei et constitutione Senatus vendere ac distrahere, modo pensionis loco in annum Senatui solvant VI solidos. Quamquam autem praeter hanc pensionem annuam aliquot abhinc annis ob gravamina militaria serme non ferenda hordeo tosto et filigini in molendinis certa pro singulis modiis, solvenda pecunia sit, tum ad sustentationem militum praesidiariorum, tum ad solvenda contributionum onera, tamen et hujus mali ab ejusmodi exactionibus orti finem aliquando Deus dabit. Imprimis laude sua, quoad hanc ecclesia et schola erit, nunquam desituetur singularis inclyti senatus urbici beneficentia, dum in matrimonio viventibus ecclesiae et scholae ministris pro hordei et filiginis contusione pensiones benefice remittuntur.

Rationem acquirendi victus quod attinet, tam ex agris quam coctione cerevisiae et mercimoniis exercendis cives abunde unde vivant, habent. Imprimis autem Knesenacus Rostochium, Wismariam et alio deportatus variis mercibus sale conditis et



fumo induratis, quae nobis non nascuntur, permutata, cum magna usura importantur.

Senatum constituunt duodecim, quorum duo sunt consules et ex his alter Syndicus, quasi reipublicae primarius et defensor. Ex Senatoribus eliguntur quidam camerarii, aediles, alii qui jurisdictionem in moletrinas, piscationes, pharmacopolia et quae in foro distrahuntur, exercent. Syndicatu in hac republica per multos annos cum laude functus est Vir ampliff. et canitie veneranda admodum clarus Dn. Frid. Corfey J. U. D. Ad diti illi sunt in recognoscendis actionibus et dicendis sententiis viri ampliff. Lucas Hagemeister consul, Joach. Krüger ill. Princ. capitaneus, Joach. Kistmacher J. U. D., Jo. Trebbow, Aug. Schneider, Dan. Clandrian, Sigm. Clevenow, Sim. Hink, Christian Haltermann, Conr. Krüger Secrét. Ex hoc ordine senatorio qui naturae intra annos XX cefferunt, sunt hi sequentes: Dom. Martin. Gerdes U. J. D. Syndic. et conf., Dan. Clandrian cos. Geo. Schütz cos., Gerh. Hagemeister cos., Laur. Clevenow cos., Chph. Lofsmann, Jo. Sanitz, Joach. Sandow, Nicol. Wichmann, Jo. Nefs, Laur. Schröder J. U. L., Achat. Salfeld, Christ. Zinke. — Ex familiis veteribus, quas nobis exhibent et in memoriam revocant litterae in archivis asservatae, olim in flore fuerunt sequentes: Clevenoviana, Hagemeisteriana, Clandriana, Sandoviana, Matthaeorum, Balgen, Berkhahnen, Distelowen, Glowfen, Von See, v. Sanitz, Wolfsberge, Bremer, Stellmänner etc. Sed hae omnes ad tres aut summum quatuor sunt extinctae, praeterque nomen ex illis nihil superest.



Neque vero nudinis destituta est civitas. Cum enim celebres hominum conventus multum et civibus et peregrinis commodi pariant, ill. Princeps a multis retro annis et hanc civitatem certis immunitatibus libertatibus et privilegiis donarunt et ornarunt. Nundinarum primae quae in XVII d. Jan. incidunt vertumnalia (Umschlag) dictae ab Antonio die incipiunt, finem autem largitur Dom. Sexagesimae. Confluere his ipsis ex omnibus pariter totius regionis non solum sed et vicinis Marchiae, Pomeraniae ut et civitatibus maritimis, Rostochio, Wismaria, Lubeca, Hamburgo, magna merces distrahentium et ementium multitudo, cum a militum pressuris Germania pace libera fruere- tur, solebat. Verum hujus commodi et solemnita- tis vix quaedam umbra superest. Adeo Gradi- vus regiones omnes pervagatus urbes et oppida destruxit, incolas fugavit, expilavit, occidit! — Secundae incidunt in diem SS. Philippo et Jacobo sacram. Tertias vindicat sibi dies Margaretae; quartas, dies nativitatibus Mariae. Gaudet etiam praeter universales nudinis Septimanalibus, quo- vis die Sabbathi celebrari suetis. Concessum hoc die infitoribus, falsamentariis, aliisque cujus etiam nominis sint, Rostochio, Pomerania et aliunde ad- venientibus merces suas usque ad horam meridia- nam duodecimam venales habere. Merces si quae residuae manent, licitum est infitoribus depositas alicubi futuro die Saturni divendere eodem jure quo civibus et jure civitatis gaudentibus. <sup>restitutionem</sup> Lignatio satis hic est commoda, attamen pro diversitate anni temporum pretium vel augetur vel



remittitur. Civium quota pars sapit, tempore quod interjacet festo Pentecostes et Joannis Bapt. sibi de lignis, quae sufficiant in hyemem, prospiciunt. Observatum tamen hactenus fuit, viliores per aliquot hyemes pretio ligna licuisse quam aestate. Verum hanc lignorum annonam certum est laxatam fuisse ob distributionem lignorum, quae hactenus a senatu tempore hyemali facta est inter cives. A pagis autem in circuitu distitis die Sabathi cujusque septimanae in magna copia, uti etiam frumentum aliaque vitae usum concernentia advehuntur. Praeter autem nobilem istam sylvam Primer, quae meris constat fagis, aliis adhuc sylvis gaudet. Adsunt enim a sylvis faginis dictae die beiden Buchhorst, der Warenbruch, der Kleist, der Hasenhorn, forte a leporum frequentia, der Diebssteig forte a furum receptaculis et latibulis, nec non sylva S. Georgii abiegna, omnes extra portam molitoriam sitae. — —

Praeter jumenta, boves, oves, vitulos, porcos, magna quoque hic piscium affluentia est. Et ne quid horum desit, Cracovio civitatula ad secundum et Plavia ad quartum lapidem hinc distita aequae pagis in circo sitis, hyemis etiam tempore carrucis et essedis in urbem importantur. Alias singulis diebus vivi pisces a certis personis ad piscium capturam a magistratu constitutis, licet aliquanto carius, possunt redimi. Quamquam pisces hoc vitii adjunctum habent, ut si quid pravi aut melancholici humoris apud quendam inveniunt, commoveant; vulgaris vero iste et immodicus tam piscium quam carniarum conditarum usus scorbutum



cum inducere soleat, saepe mirari sibi, qui tanto appetitu suam sibi perniciem homines horum locorum nimio horum usu tam temere procentur.

Solent arbutia et alni (ligna molliuscula) non singulis quidem annis, sed demum, cum matura caesa sunt, in civium commodum caedi et pro diversitate aedium distribui, ut etiam aedicularum quas hic nominamus *Buden*, ratio habeatur. Utraque enim sylva fagula (der große und kleine Buchhorst) repagulo seu munimento ligneo (Schlagbaum) et fossa probe septa est, ne quis pro lubitu ligna caedat et exportet. Lignorum etiam quibus cives ad extruenda aedificia utuntur, quantum necesse est, caeditur. Fructus quercini et fagini saginandis civium subus destinantur. Jurisdictio praetorem et scabinatum concernit. Extra portam ab ornibus nominatam sitae sunt sylvae der große und kleine Krauel, das Stenerholz, uti et alia sylva constans ex quercubus et abietibus vicina lacui Parumensi et limitibus urbanis, quos constituit praedium adjectam habens turrim, die Bülowische Burg, dictam, quae immediate concernit senatum. Amoenitatem insuper hujus civitatis non parum augere videntur sequentia, puta prata Gluienensia et Parumensia, agri, silvae, lacus insuper Gluienensis et alius ab immensa profunditate dictus vorago der grundlose See, der Hoppenowische See, das Huseisen, et alius das Ochsenauge inter Neflam, lacum Parumensem et Paludem situs. Attingunt hunc prata ab hirundinibus (der Schwalbenring) et prata ab ecclesia cathedrali nominata (Domwiese) non minus atque sylvae fossis circumscripta, ita ut haec prata et



agri Gluienensēs tribus repagulis ligneis ad arcendas pecorum irruptiones munita sint. Ex altera parte Neflæ ultra pontem agros videas a pago Strenz nominatos et das Mühlensfeld, qui attingunt limites pagorum Strenz et Sucow, uti etiam nove pro gregibus nobilissimarum equarum, quæ spectant Ill. Princ. distincta prata (die Koppel) usque ad fossam cui amoenitas campi nomen dedit (Mugraben;) quique distinguit limites civitatis a pagi Glasewitz, qui agnoscit dominium Senatus, terminis; et ulterius a terminis pagi Dehmen et Reginhagæ usque ad Loesnitz et Neflæ fluviis. Et ita sylva illa nobilis Primer fossa ab amoenitate nuncupata Mugraben, nec non Dehmenium et Gremlinensium fossis limitaneis a fluviis Loesnitz et Neflæ distinguitur. Neve a vicinis pagorum incolis damnum inferatur lignis Primerianis, citra hanc sylvam prædium cum turricula (Ovelgünne) jurisdictionem magistratus civici agnoscens, pons etiam super fluviolum Loesnitz, qua iter est in pagum Püsskow, demum versus civitatem prædium Primerburg undequaque sylvam ambiunt; triaque hæc loca repagulis ligneis probe muniuntur. Et Ovelgünne quidem qua parte Gremlinensium limitum finis est, extracta cernitur hoc modo, ut repagulo viae regiae extransverso superinjecto omnis aditus in sylvam occludatur et ita a tergo aequè ac latere sitis rusticis omnis in arbores saeviendi ansa surripiatur. Et sane nisi tanta cura homuli isti sylvis adeo infestis arcerentur, jurarim, spatio paucorum annorum arborum nobilissimarum partem maximam resectum iri. Incolæ



hujus praedii remunerationis ergo concessum a senatu alere pecorum omne genus; agros vicinos colere, et fructus in suum usum colligere, lignaque quibus quotidie utatur, caedere. Horum tamen distractio et venditio ei est prohibita. Et quia praefectus hujus praedii tanta immunitate et amoenitate gaudet, tenetur cogente necessitate agros senatus vomere subigere, glebas convellere aliaque senatus commodum spectantia exercere. Ager Glevinensis ex altera parte Nedae superioris alneto (Ellerbruch) conspicua, extra portam Glevinensem usque ad limites pagi Rosien lacumque Gutoviensem, qui immediate concernit senatum, quem limitibus suis attingunt incolae pagorum Mühlensrosien, Bölkow, Badendiek et Gutow, pertingit. Terminum Gutoviensis et Guroviensis agri constituit fossa usque ad lacum vulgo ab anguillis Halbach, Altmühl und Dunningen nuncupatum.

Sita itaque haec civitas, ubi principi maximis sumptibus regia exstructa sedes eminet, in loco peramoeno; solo gaudet fertilissimo, aëre fruitur salubri, hortis nitet fragrantissimis, pratorum et agrorum copia, lacubus, fluviis et aquis abundat, ut ferme inter finitimas vix civitates reperire liceat, in cujus circuitu et extra singulas portas tanta pratorum seges, tantus hortorum cumulus, tanta agrorum ubertas et horreorum copia reperitur.

Cumque inter civitatis bene constitutae ornamenta non sit minimum, ne aedes vel scandulis vel asseribus vel stramine vel cannis palustribus igni excipiendi habilibus tectae sint, maxima ha-



rum pars lateribus coctis praeter calulas quasdam in angulis et locis ab accessu vulgari remotioribus munita tenus hac per longam annorum seriem incendia subterfugit. — Vigiliae non desunt nocturnae quibus moneta et signum datur de foco et candelis extinguendis; neve familia candelis damnum det straminibus aut pabulo arido, ante singulas portas longa horreorum series excipiendis frugibus exstructa conspicitur, hanc ipsam ob causam, ut Vulcanò omnis ansa saeviendi subtraheretur. Tantaque est loci qui horrea excipit capacitas, ut singulae portae urbis singula suburbia, si horrea diruantur, admitterent; siquidem omnis ferme aliis negotiationibus, cunctis vita civilis in agricultura, pecuaria et foetura consistit. Patrum memoria tria nobis incendia hic evenisse proditur. Anno quidem 1503 in vigilia Petri et Pauli civitas fulmine insolito incensa perit, exceptis 25 domibus, templo cathedrali et arce. Inter alia pretiosa aedificia fuit templum parochiale et prytaneum seu curia. Perire simul libri in quibus acta civitatis perscribuntur; salva tamen et integra mansere privilegia civitatis alibi asservata. Ao. 1508 in vigilia Petri et Pauli ad interitum hujus civitatis ferme fatali, secundum incendium futoris cujusdam Valentini incuria exortum 50 nove exstructas absumpsit, et ex 54 unica vetus aedicula remansit illaesa. Ao. demum 1512 die omnium sanctorum tertio exortus ignis incuria ancillae cujusdam civis cognomine Seeland, quartam urbis partem depastus est. Ne autem haec incendia tam facile incolarum effluerent animis, diversa haec diversis temporibus



exorta incendia juratorum partes agentibus Dnno. Joach. Sandovio et Jo. Struvingio in rhythmos germanicos coacta et inscripta parti posticae columnae organum pneumaticum sustinentis adhuc visuntur. Qui cum vetustate ferme sint oblitterati anno demum 1634 studio Dni. Jonae Butzeri et Mart. Danckeri renovati et tabulae nitidioribus litteris e regione orchestrarum dominos consules et senatores excipientium scripti leguntur.

Sigillum reipublicae est niger bubalus integer, in viridi cespite ad viridis arboris medietatem se inclinans; area ejus est rubra.

Rem nauticam per Nesslam versus Rostochium exercitaturis liberum est sine portorio. Quamquam vero illa superioribus annis in exiguo fuit aestimio, quod merces mercede minori rota quam navi huc deportarentur, tamen hujus calamitosi belli temporibus, quibus nemini licitum erat, pedem porta efferre, nisi semet praedam praedonum manipulo non militum cohorti sistere allubesceret spoliandum, summa praeter commoditatem necessitas deprehensa fuit. Quid quod quo tempore multa hominum millia in civitate et omnes ferme pagorum incolas pestis et fames absumpsit, usus et necessitas ejus summa inclaruit. Duravit illa annoe non dixerim difficultas, sed difficilis ejus acquisitio in annum ferme tertium post datam a peste stragem non in hominibus solum, sed etiam in pecudibus. Ex aliquot enim mille bubus masculis sed castratis aratoribus et foemellis in tota civitate vix una atque altera remanserat. Miserum erat videre hominum utriusque sexus, ut primum signum



aderat invaletudinis, greges deturbari extra moenia et in agris hinc inde pascuisque palantes divagari, donec sensim peste absumerentur. Fiebat hoc ob metum pecuniae carnifici pro exportandis bobus erogandae; neve de quibus spes aliqua supererat integritatis simul corrumperentur, quamvis nec haec cautio satis tuta esset, quod venenum illud simul totum armentum invassisset. Quod factum ao. 1638. Propter absumpta pecora ingens difficultas in gente rusticorum existit, subquefecuta pestis sequente anno horribilis florem civium omnium absumsit, non habito respectu sexus vel aetatis. Et vidisses gregatim ex vicinis civitatibus et pagis colonos ad nos confugere. Nullus in urbe vicus, nullum angiportum a mendicis erat vacuum. Aliquot centum nobis quotidie erant cibandi stipe quamquam exigua. Nec tot loculi et sarcophagi pro mortuis parari poterant. Straminis manipulus vices capuli subiens plerisque, quibus involuti vinculisque stramineis arcte colligati contis in caemeterium deferebantur, sufficere. Colluctari invicem, ut nihil dicam de bello, pestis et fames. Visi pauperes inter se canibus et aeluris demortuis, passim in via stratis, litigare, tandemque in partes dissectis et ad lignorum, quae sepes laceri subministrabant, struem exiguam totis, famem depellere. Petere pars stipis loco piscium capita et interranea felium delicias in ventris fame extenuati solamen. Quidam passim colligere sub collivariis rejectanea piscium aliorumque ciborum, et centonibus, quibus erant circumdati, absterfa, ore avido deglutire. Quibus cum melius agi videba-

tur, fursu  
forni calc  
lapidi con  
dactis pro  
de extran  
moenia p  
bus, um  
laceratis f  
infererent  
vidit cran  
tamen pe  
tisco et  
portu R  
pretio m  
bat. Pa  
ligonibus  
unum v  
sufficeret  
fascibus  
(equos e  
lum dit  
absumpt  
marem  
ris arat  
etiam r  
quorum  
satis,  
copiam  
jactura  
dissimu  
millia  
annum



ur, furfures sibi coëmere et glandes quercinas  
orni calore induratas et decorticatas molendini  
lapidi comminuendas submittere inque farinam re-  
ductis pro pane vesci. Si vero dicere exordiar  
de extraneis, quos civitas non capiebat, extra  
moenia pro domiciliis sepes hortorum adhibenti-  
bus, umbraculis sub iis exstructis, aliis a canibus  
laceratis semiputridis in cibum versis, tota pagina cui  
infereretur, requireretur. Et nemo credat, nisi qui  
vidit crania et ossa recens a canibus arrosa. — In tanta  
tamen penuria non deerant frumenta passim Dan-  
tisco et ex Dania in magna ubertate et copia in  
portu Roslochienfi advenientia, unde tota regio  
pretio mediocri sibi ad victum necessaria coëme-  
bat. Pauci qui bobus aratoribus desituebantur,  
ligonibus tantum agros proscindere, quantum in  
unum vel alterum filiginis modium excipiendum  
sufficeret; donec lignorum humeris impositorum  
fascibus patres et matres in civitate divenditis  
(equos enim, quibus vix alia natio ante hoc ma-  
lum ditior erat, miles vi abduxerat, boves mors  
absumpserat) ex pecunia inde collecta sensim bovem  
marem et foeminam coëmerent et successu tempo-  
ris aratro et stivis agros suos colerent. Paulatim  
etiam rusticorum nonnulli, qui in oculis nobilium  
quorum mancipia erant, visi erant mortui, ex Hol-  
satia, Lubeca, Hamburgo, Pomerania revocati,  
copiam auxerunt, ut nihil deesse videretur, omni  
jactura abunde compensata. Insuper ne et hoc  
dissimulem, civitas haec paratae pecuniae ad XX  
millia dives, belli quod in vigesimum septimum  
annum excurrit, diuturnitate adeo exhausta est, ut



loco thesauri quem frugalioribus annis collegerat,  
ultra jam XL millia debeat. — — —

Finis.

### Schulnachrichten.

Vor allen Dingen muß ich hier eines Geschenks erwähnen, welches im vorigen Jahr der hiesige Hofgraveur Herr Meyer Löfer mit einem kunstvoll in Messing gearbeiteten Schulstempel uns sehr unerwartet und überraschend gemacht hat. Wir versehen nicht, dem patriotischen Künstler für sein werthes Geschenk, welches einem lange gefühlten Bedürfniß bei uns so glücklich abgeholfen, unsern verbindlichsten Dank hier öffentlich zu sagen; indem wir zugleich wünschen, daß die auf demselben angedeutete Bibelstelle (Pred. Salomon. Cap. 12, V. 13.) unter die Hauptgrundsätze unserer guten Domschule stets gehören möge.

Unsre Bibliothek und Naturaliensammlung hat für das vergangene Jahr als patriotische Geber mit Dank zu nennen die Herren: Pastor Eyler, Adv. Kammerer, Dr. Krey in Rostock, Past. W. Leue in Stuer, Hofr. v. Meding, Dr. Müller, Geh. Canzl. N. Sibeth, Dr. Spangenberg, Steußloff jun., Adv. Eschierpe — und die Gymnastasten Arnemann 1, Drüger, Casper, Jahn 1, Tisch, Trosche 1.

Zur Universität werden diesmal entlassen: 1) Carl Jac. Heinr. Burmeister aus Güstrow; 2) Carl Christoph v. Bülow aus Wahnkow; 3) Heinr. Dan. Fr. Zander aus Lohmen; 4) Carl Joh. Christoph Zander



aus Pohnen; 5) Gustav Joh. Christ. Fr. Bölkow aus Gnoien; 6) C. Fr. Wilh. Lüders aus Laage; 7) Joh. Jac. Dloff Hoppe aus Dobbertin; 8) Joh. Jac. Christ. Bruger aus Nienkalden; von denen Nro. 1. 2. 5. 6. die Rechte, die übrigen Theologie studiren werden.

Die Gesamtzahl der Schüler im verfloffenen Halbjahr belief sich auf 200.

## Uebersicht des Examins.

Montag. Vormittag 10 Uhr.

1) Reden der Abiturienten. Bruger: Beweis, daß Universal-Monarchien stets ein Unglück für die Menschheit gewesen. Zander 1.: de causis quibus ducti, amorem patriae e religione et ratione repetitum, inter summa cujusque hominis et civis officia referendum esse arbitramur. Lüders: über die vornehmsten Entdeckungen und Erfindungen, welche der neueren Zeit (seit 1500) ihren Charakter gegeben. v. Bülow: über die Kennzeichen eines goldenen Zeitalters der Wissenschaften. Hoppe: über die wohlthätigen Wirkungen des Christenthums, insofern es eine geistige Religion ist. Bölkow: über einige nachtheilige Wirkungen die aus der Buchdruckerkunst hervorgegangen. Zander 2.: das Lob der Deutschen. Burmeister: einige Betrachtungen, welche uns die beruhigende Ueberzeugung geben, daß ein Rückfall Europens in die Barbarei des Mittelalters unmöglich sey.

2) Erste historische Classe.

3) Entlassung der Abiturienten.



Nachmittag.

1) Erste lat. Classe. Tacitus. 2) Zweite griechische Classe. 3) Dritte lat. Classe. 4) Zweite histor. Classe.

Dazwischen werden mit Declamationen auftreten:  
Vindig (II.), der Vatermörder, von Langbein. Schomann (II.) der Jüngling von Main. Leue (III.) Lob des Eisens, von Arndt.

Dienstag. Vormittag.

1) Zweite mathematische Cl. 2) Zweite franz. Cl.  
3) Technologische Cl. 4) Erste naturhist. Cl.

Declamatoren: Simonis (III.), der Ziegenbock von Langbein. Krohn (III.) die Bürgerschaft von Schiller.

Nachmittag.

1) Vierte Relig. Cl. 2) Dritte naturhistorische Cl.  
3) Vierte lat. Cl. 4) Erste Rechenclasse.

Declamatoren: v. Thomstorf (IV.), der kleine Löfel von Lichtwer. Frölich (V.) die alte und die junge Forelle.



Einladung

zu dem

Schulfeste des achtzehnten Octobers

1820 Vormittags 10 Uhr

Prof. Besser.

H. Gode. Piper



Schul

Declamatoren: v. Thomstorf (IV.), der kleine Töf-  
fel von Lichtwer. Frölich (V.) die alte und die junge  
Forelle.



21  
Einladung

31 Oct. 1826

zu dem

Schulfeste der Reformation

Vormittags 10 Uhr.

Prof. Besser.

H. G. Piper



Einführung

Einleitung der Reformen


1717

1717

Declamatoren: v. Thomstorf (IV.), der kleine Töf-  
fel von Lichtwer. Frölich (V.) die alte und die junge  
Forelle.

Die Declamationen sind in drei Theile eingetheilt, nemlich in die Declamationen der Alten, die Declamationen der Jungen, und die Declamationen der Frauen. In dem ersten Theile sind die Declamationen der Alten, in dem zweiten Theile die Declamationen der Jungen, und in dem dritten Theile die Declamationen der Frauen. Die Declamationen der Alten sind in drei Theile eingetheilt, nemlich in die Declamationen der Alten, die Declamationen der Jungen, und die Declamationen der Frauen. In dem ersten Theile sind die Declamationen der Alten, in dem zweiten Theile die Declamationen der Jungen, und in dem dritten Theile die Declamationen der Frauen. Die Declamationen der Jungen sind in drei Theile eingetheilt, nemlich in die Declamationen der Jungen, die Declamationen der Alten, und die Declamationen der Frauen. In dem ersten Theile sind die Declamationen der Jungen, in dem zweiten Theile die Declamationen der Alten, und in dem dritten Theile die Declamationen der Frauen. Die Declamationen der Frauen sind in drei Theile eingetheilt, nemlich in die Declamationen der Frauen, die Declamationen der Jungen, und die Declamationen der Alten. In dem ersten Theile sind die Declamationen der Frauen, in dem zweiten Theile die Declamationen der Jungen, und in dem dritten Theile die Declamationen der Alten.





















loco thesauri quem frugalioribus annis collegerat, ultra jam XL millia debeat. — — —

Finis.

### Schulnachrichten.

Vor allen Dingen muß ich hier eines Geschenks erwähnen, welches im vorigen Jahr der hiesige Hofgraveur Herr Meyer Löser mit einem kunstvoll in Wessing gearbeiteten Schulstempel uns sehr unerwartet und überraschend gemacht hat. Wir versehen nicht, dem patriotischen Künstler für sein werthes Geschenk, welches einem lange gefühlten Bedürfniß bei uns so glücklich abgeholfen, unsern verbindlichsten Dank hier öffentlich zu sagen; indem wir zugleich wünschen, daß die auf demselben angedeutete Bibelstelle (Pred. Salomon. Cap. 12, V. 13.) unter die Hauptgrundsätze unserer guten Domschule stets gehören möge.

Unsre Bibliothek und Naturaliensammlung hat für das vergangene Jahr als patriotische Geber mit Dank zu nennen die Herren: Pastor Eyler, Adv. Kämmerer, Dr. Krey in Rostock, Past. W. Leue in Stuer, Hofr. v. Weding, Dr. Müller, Geh. Canzl. R. Sibeth, Dr. Spangenberg, Steußloff jun., Adv. Eschierpe — und die Gymnasiasten Arnemann 1, Brüger, Casper, Jahn 1, Fisch, Frotzsche 1.

Zur Universität werden diesmal entlassen: 1) Carl Jac. Heinr. Burmeister aus Güstrow; 2) Carl Christoph v. Bülow aus Wahrenow; 3) Heinr. Dan. Fr. Bander aus Lohmen; 4) Carl Joh. Christoph Zander

